



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

De causis expediendis, vel remittendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

CAPVT XXII.

De causis expediendis, vel remittendis.

Inst.
Visit.

MAXIME autem studeat Visitator, vt quæ in actu visitationis expedi-ri possunt, ne omnino differat. Quæ verò ob grauitatem causæ, difficultatem uè personæ negantis delictum, maturius iudicium requirant, & longiorem processum, de ijs informationem diligentissimè conficiat, cuius copiam ad Vicarium criminalem remittat, retento originali in actis; facto præcepto illi, vt se coram ipso Vicario criminali certo tēpore præsentet, vel se in carcere constituat, vel præstet fideiusionem, vt causæ, vel delicti ratio postulabit: reliquas verò causas ad mores, ad Clericæ disciplinam pertinentes, præsertim pro decretorum executione, omni breuitate expediat extra iudicialiter, & summarie in loco Visitationis: & vbiq; pœnas, multas, pœnitentias priuatas, & publicas arbitrio suo irroget; & exequatur.

Negoria quoq; ciuilia, quæ post sumptas informationes terminari non possunt, ex quo ulteriori processu egēt, Vicario Ciuili, vel Generali, prout res postulabit, remittat. In dubijs merè legalibus consulat Vicarium Generalem, vel Ciuilem, vel Criminalem pro ratione

materiæ; in reliquis verò ad Reuerendissimum Archiepiscopum, vel Vicarium Generalem scribat. Si autè aliquid reperiri, vel deferri contingat contra Clericum de regione alij Visitatori assignata, copiam talis delationis cum informationibus sumptis, retento sibi originali, ad illius regionis Visitatorem quæ primum transmittat. Memorialia verò secreta criminalitatem continentia absque indicijs seruentur extra acta Visitationis penes Visitatorem cum indice, tradantur quæ Archiepiscopo. Et curet Visitator, vt scripturæ à Notario dietim extendantur, ne remaneant imperfectæ. Et in fine actorum cuiuscunque Plebis fiant duo iudices.

Hæc à Visitatore, vt muneri suo satisfaciat præstanda sunt. Cauere autem vltèrius maximè debet, ne munera cuiusuis generis accipiat, neque à familiaribus suis accipi permittat.

Mensam verò frugalem, ac moderatâ, videlicet cum duobus ferculis habeat, & in ea lectionem, etiam si ad Laicos diuertere necesse esset, quorum hospitalia, in primis autem coniuuia, quam maximè potest, effugiat.

Concil.
Triid.
sess. 24.
c. 3. cap.
cum A.
post.
lus, de
viti.
Concil.
Prou. 1.
co.

CAPVT XXIII.

Formulæ nonnullæ eorum, quæ in Visitatione frequentius accidunt.

Contra non residentem, & nō deferentem habitum Clericalē.

MANDATO admodum R. D. N. & c. *clerie Parochialis, & Collegiate S. Victoris Burgi Corbetta per quemlibet nuntiu N. filius*